bus, vel curatoribus ejus licentia concedenda contra priorem suam voluntatem in integrum restitutionem petere. † Quæ & in legatis [1], & in fideicommissis, tam specialibus, quam per universitatem relictis, & in aliis cautis, quas supra enumeravimus, similibusque eis observanda sunt. In servis autem, qui filiis, [vel filiabus familias] donantur, sive constante matrimonio, sive ab extraneis sub ea conditione, ut statim eos in libertatem perducant: nullum impedimentum paterna faciat auctoritas. Qualis enim usufructus potest ei acquiri, qui momentarius [2] esse ostenditur? Si enim in ipso momento necesse habeat eum & possidere, & libertate donare, in talem hominem qualis usufructus patri potest acquiri?

TIT. LXII.

DE HEREDITATIBUS DECURIONUM [3], [NAVICULARIORUM 4, COHORTALIUM 5 MILITUM 6, ET FABRICENSIUM 7.]

1. Imp. CONSTANTIUS A. Mastichiano Præfecto annonæ [8].

SI quis navicularius [9] sine testamento & liberis, vel successoribus defunctus sit: hereditatem ejus non ad fiscum, sed ad corpus naviculariorum, ex quo fatali sorte subtractus est, deferri præcipimus. PP. decimo quinto Kalend. *Lastronæ*, CONSTANTIO A. 7. & CONSTANT. Cl. C. Consulibus 354.

2. Idem A. Bonoso magistro equitum.

§ ut omiss. 1 Id est, in lucro. *l. 7. §. 7. ff. de minorib.* 2 Momentarius usufructus est usufructus. Quasi paria sunt, non esse, aut mox deficere. De momento, vid. Cujac. *cap. 1. de præscriptionib.* adde *l. 127. ff. de reg. jur.*

3 *l. 4. T. eod.* 4 *l. 1. T. eod.* 5 *l. 3. T. eod.* 6 *l. 2. T. eod.*
7 *l. ult. T. eod.* adde & ecclesiasticorum. *l. 20. supr. de episc. & cler.* præfecti prætorio. *l. 3. T. de appar. præfect. pract. lib. 12. tit. 53.* eorum qui consortes liberalitatis principalis. *l. 1. T. si liber. imper. fac. lib. 10. tit. 14.* Harum enim personarum conjunctio fiscum quoque excludit. 8 Merito hæc constitutio scripta est ad præfectum annonæ, quoniam sub cura & dispositione ejus erat corpus naviculariorum. *Novell. Valentinianus de navicularriis.*

UNiversis [10] tam legionibus [11], quam vexillationibus comitatensibus seu cuneis insinuare [12] debebis, ut cognoscant, cum [eorum] aliquis fuerit rebus humanis exemptus, atque intestatus, [si] sine legitimo herede decesserit, ad vexillationem, in qua militavit, res ejusdem necessario pervenire. Dat. 7. Id. Maji, *Hierapoli*, RUFINO & EUSEBIO CONSS. 347.

3. Idem A. Rufino PP.

SI quis cohortali [13] conditione gravatus, sine testamento, vel quolibet successore ultimum diem obierit; successionem ejus non ad fiscum, sed ad cæteros cohortales ejusdem Provinciæ pertinere jubemus. Dat. 5. Kal. Januar. LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

4. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio PP.

IN testatorum curialium [14] bona, si sine herede moriantur ordinibus patriæ eorum adipisci præcipimus. Dat. 5. Idib. Mart. FLORENTIO & DIONYSIO CONSS. 429.

5. Iidem AA. & CC. Aureliano comiti rerum privatarum.

SI quis fabricensis [15] sine liberis, vel legitimo herede decesserit non condito testamento: ejus bona cujuscunque summæ sint, ad eos pertinere [sancimus,] qui velut creditores [16] decedentium attinentur, qui fisco pro intercepto respondere coguntur. Hoc enim facto contingit, ut & Reipublicæ ratio salva permaneat: & fabricenses collegarum suorum solatiis perfruantur, qui damnis ac detrimentis tenentur obnoxii.

9 De navicularriis. 10 *l. un. Cod. Theod. de bon. milit.* 11 De eo, qui in legione, vexillatione comitatensi, aut cuneo militat. *l. 6. §. 7. in fin. ff. de injusto.*
12 Hinc librarii caducariorum in castris *l. ult. ff. de jure immunit.* qui rationes conscribunt eorum, quæ morte militum in legionem cadunt.
13 De cohortali seu officiali præside. Cohortales perpetui quidam erant in provinciis: sed vulgares & gregarii. Cohortalis apud autorem *Synopf. 45. tit. 1. c. 32.* & Harmen. *5. tit. 8. §. 107.* κοχορτάλις dicitur: quo loco Harmenopuli interpres vertit, vilem & abjectum.
14 De decurione. 15 De fabricensi. Fabricensis autem est, qui in publicis fabricis militat. vid. T. *de fabricensib. lib. 11. tit. 9.* 16 Nominatores, Græci κοχορτοπάτρικ. Cujac. *hic, & d. l. 59. T. de decur.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER SEPTIMUS.

TIT. I.

DE VINDICTA [1] [LIBERTATE,] ET APUD CONCILIUM 2 MANUMISSIONE.

Decretum ex falsa causa interpositum, favore libertatis non rescinditur. Salic.

EOrum, qui apud Imp. ANTONINUS A. Tertio. cibus probatam, & manumissionem secutam, non [illegible] 3 a Iudibium revocari, si dicantur falsa [4] demonstratione liberati.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Sallustio.

NIhil civitati Romanæ semel præstitæ vel addere, vel detrahere secundam [5] manumissionem potuisse certissimum est. Dat. Prid. Kal. Maji, AA. CC.

3. Iidem AA. & CC. Attonitæ.

NEc mulierem per maritum nec alium per [6] procuratorem [vindicta] manumittere posse, non est ambigui juris [7].

Apud Præsides & magistratus manumissio fieri potest. Salic.

4. Imp. CONSTANTIUS A. Maximo PP.

APud concilium [8] [nostrum,] vel apud Consules [9], Prætores [10], [Præsules [11],] Præsides, Magistratusve earum civitatum, quibus hujusmodi jus [12] est, adipisci potest patronorum judicio sedula servitus libertatem.

1 Dixi ad 40. *D. 2.* Vindictæ nomen deductum a vindiciis. *l. 2. §. 24. ff. de orig. jur.* Theophil. §. κεφ. ιβ'. *Inst. de libertinis.* Seneca 3. *controv. 9.* Dixi ad *l. 6. T. de emancip. liberorum.* 2 Alii scribunt *consilium. l. 19. ff. eod.* vid. *l. 2. l. 4. T. eod. l. 2. §. de libertis & eorum liberis. l. 2. §. 1. supr. si adverf. libert.* Consilium quid sit vid. Ulpianum 1. §. 13. Est autem consessus Romæ prætoris cum viginti viris qui peregrini recuperatores dicebantur. 48. *Basil. 2. c. 46.* Proconsulis autem & præsidis in provincia cum quinque senatoribus totidemque equitibus Romanis; tempus autem conventus erat hybernum tempus, litibus dirimendis constitutum. Cicero 5. *ad Attic. 14.* Theoph. §. 4. *Instit. quibus ex caussis manumittere: & titulo de* & Cæsar 6. Livius 28. Festus *in conventus*, quod & *forum agere.* Cicer. 3. *epist. 7.* Festus *in forum agere.* Virgil. *Æneid. Acta Apostol.* 3 *l. 9. §. 1. l. 16. ff. eod.* 4 Falsa demonstratio manumissionem non nocet. facit *d. §. 1.* adde §. 6. *Instit. quibus ex caus. manumit.*
5 Vindicta manumissio non iteratur, *hoc loco.* (ut hinc colligas, Manumissionem vindicta olim ratorem. *l. 3. T. eod.* Hodie non numeratur inter actus legitimos, seu legis actiones. *l. 77. ff. de reg. jur.* & merito: sublata quippe ufu imponendæ vindictæ: & verbis solemnibus. *l. 8. l. 23. ff. eod.* circumductionibus & atapis sublatis. *l. ult. T. de emancip. liber.* adde *l. 2. T. de ingenuis.* 6 Vindicta manumissio non fit per procuratorem, simplicem scilicet: sit tamen recte per procuratorem in rem suam. *l. 4. supr. de dolo malo. l. 7. in fin. ff. de donat. int. vir.*

l. 64. ff. soluto. sic in antiqua inscriptione, *Priscus manumissus ad consilium procuratorio nomine apud Domitianum Imperatorem.* Causa quoque manumissionis per procuratorem reddi potest. 7 Cur ita? Nemo alieno nomine lege agere potest. v. Cuj. 7. *obs. 17.*
8 *l. 1. supr. eod.* 9 *l. 1 ff. de offic. consulis. l. 4. §. 5. §. de advocat. diversi judicum.*
10 *l. 1. ff. de officio prætor.* 11 Deest in multis, & ita dispungenda vox *Ecclesia* apud Cajum 1. *tit. 1. §. 2.* legendum est forte, *proconsulis*, ut *l. 17. ff. eod. l. 2. ff. de off. proconsul.* Ulp. 1. §. 7. nisi referas id ad eas manumissiones, quæ in ecclesia fiebant. *l. 1. §. de his, qui in Eccles. manumit. l. un. C. Theod. de manumiss. in ecclesia.* 12 Id est, qui legis actionem habent. Paul. 2. *sent. 25. §. 4.* habent, inquam, non quia municipales sunt magistratus: sed quia lege, vel Senatusconsulto, vel constitutione eis data est. *l. 6. §. 2. ff. de tutelis:* ut adversus Robertum scribit Mercator 1. *Novar. 21.* apud eosdem magistratus municipales lege municipali alienigenæ liberos suos potuerunt emancipare. *l. 1. T. de emanc. liber.* quomodo & Ulpianus in peregrinis manumittendis legem peregrinam spectat. dixi ad *l. 2. supr. eod.*

13 Dixi ad 40. *D. 4.* adde Ulp. 1. §. 9. Cajus 1. §. 1. adde §. 1. *Inst. de libertin.*
14 Adde *l. 43. ff. eod.* 15 *l. 23. ff. eod. l. 1. T. de fideic. libert.* 16 *l. 32. ff. eod.*
17 Nec revocatur. *d. l. 32. l. 4. §. 2. ff. de fideic. libert.* 18 Sicut liber factus de ante gesto non tenetur rationem reddere, ita nec ejus heres. *l. 1. supr. an servus pro suo facto.* nisi ea conditione libertatem accepit, ut rationes redderet. *Synopf. Basil. 48. tit. 3. c. 62.*

TIT. II.

DE TESTAMENTARIA [1] MANUMISSIONE.

De codicillis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Primo.

SI codicillos [2] major viginti annis fecisset, confirmationis tempus libertati non nocere certum est: nec enim potestas juris, sed judicii considerat[illegible]

[illegible] adita. de memoria defuncti damnata.

2. Iidem AA. [illegible]bileto.

EX testamento defuncti libertates præstari non possunt hereditate [3] non adita, vel si rei memoria propter[illegible] damnata est.

De in integrum restitutione.

3. Iidem AA. Euphrosyno.

LIbertas testamento [defuncti] data, adita hereditate contingit, & licet heres scriptus per in integrum restitutionem abstinuerit [6] hereditate, [tamen [7]] nihil ea res libertati obest. S. 17. Kal. Maji, APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De rationibus reddendis, vel non.

4. Iidem AA. Archelao.

CUm testamento directam libertatem pater tuus sit consecutus: quamvis ei heres extiteris, frustra tamen rationes quas [8] tempore servitutis gessit,

1 *l. 41. §. 11. ff. de fideic. libert.* 2 Aut falsa inscriptio, aut vitiosa subscriptio. Hi enim consules fuerunt Antonino solo imperante. 3 Libertas in fraudem creditorum relicta revocatur. Quid si heres ejus qui libertates ita reliquit, sit locuples? etiam revocari libertas potest. *ut hic. Synopf. Basil. 48. tit. 26. ex tit. 3. c. 63.* Spectamus igitur libertates in fraudem datas, non aditionem hereditatis non idoneæ ab herede locupletæ factam. Denique spectamus facultates defuncti non heredis. 4 *l. 57. ff. ed. l. 5. l. 18. ff. qui & a quibus manumiss.* Qualitas heredis non facit convalescere testamentum. 5 Hereditatem defuncti sperntentibus heredibus, servus libertate donatus petere potest bona sibi addici.
6 *l. 15. § 5. T. eod. l. 20. in fin. ff. eod. l. 2. in fin. l. 3. l. 4. ff. de fideic. libert.*
7 Vid. *Inst. de eo cui liber. caus.* 8 *l. 15. T. eod.* 9 *l. 50. ff. eod.*
10 Manumittere servum contra voluntatem matris filius non potest. *Synopf. Basil. 48. tit. 3. c. 46.*
11 Contra defuncti voluntatem servus manumiti non potest. vid. *l. 5. §. si mancip. ita fuerit alienat. ut manumit. vel e contra.* 12 Libertas in tempus nuptiarum relicta debetur veris tantum nuptiis secutis: non si simpliciter legatarius ad tempus nuptiarum idoneum venerit.
13 Quam re ipsa evenire oportet. *l. 30. §. 4. ff. de leg. 1.* 14 Per fideicommissum potest. *l. 9. T. de fideicommiss. libert.* 15 Etiam heredis. Hinc illud Tertulliani 5. *adversus Marcionem: Alienos servos nec Galba manumisit.* Ab eo præstatur libertas apud quem servitus est legis. 16 Imo potest. *l. 7. §. l. 31. ff. de liberali.* 17 Pileus libertatis insigne. vid. quæ dixi ad *l. un. T. de Latina libert.* 18 *l. 23. ff. eod.* 19 Quibusdam Orthini dicuntur. De orcinis sæpius dixi. Accursius legit Orthinum, id est, directo manumissum.
20 Testamento irrito facto, ne quidem libertates in eo datæ valent, nisi fuerit adjectum, ut pro codicillis valeret. *Synopf. Basil. 48. tit. 3. c. 67.* 21 *d. l. 23. l. 24. §. 11. ff. de fideic. libert.* 22 Cur? clausula codicillaris testamentum sustinet. vid. Papon. 20. *Arrest. 1. Arrest. 5.* 23 Hæc est clausula codicillaris. *l. ult. §. 1. supr. de codicillis:* adde *l. 29. ff. ad SC. Trebell.* 24 Imo constat valere. *l. 38. ff. de fideic. libert.* 25 Solennitas adeundi sublata. *l. ult. supr. qui admissi.* 26 *l. 10. supr. eod. l. 25. ff. eod.*

ut reddas, compelleris, cum non ea conditione acceperit libertatem. Is autem, cui libertas seu fideicommissaria, seu directa, si [1] rationes reddidisset, relicta est: ante reliqua illata, & ea, quæ malo consilio amota sunt, ad libertatem non potest pervenire. Si autem non debitor ex rationibus fuerit repertus: post aditam hereditatem quasi puram libertatem consequitur. Proposita [2] 7. Kal. Decemb. LÆTO 2. & CEREALE CONSS. 216.

De manumissione in fraudem creditorum.

5. Imp. ALEXAND. A. Quintiliano.

IN [3] fraudem creditorum testamento datæ libertates, quamvis debitori heres, qui [4] solvendo est, exiterit: per legem Æliam Sentiam non valent.

De addictione bonorum.

6. Imp. GORDIANUS A. Pisistrato.

SI hereditas ejus, a quo testamento dicis te esse manumissum, ob æs alienum spernitur [5] ab heredibus: conservandæ [6] libertatis gratia non injusta ratione creditoribus hereditariis satis [7] offerens, judicium testatoris observari tibi postulabis: maxime cum id etiam a divo Marco [8] consultissimo Principe sit constitutum, quod in extranei [9] quoque persona observari oportet.

De prohibito manumitti.

7. Idem A. Justæ.

COntra [10] voluntatem matris tuæ libertatem in eum conferre, quem illa liberum fieri prohibuit [11], non debes, ne videaris jura pietatis violare.

De libertate collata in diem incertum.

8. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Tremellio.

CUm testator libertatem tempore [12] nuptiarum filii sui, vel filiæ servo dari jussit: non tempus præstandæ libertatis præfinituit: sed potius conditioni [13] locum fecit, ut non insecutis nuptiis libertas jure posci non possit.

De servo heredis.

9. Imppp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. Mauro.

SErvo tuo defunctus, licet te heredem scripsisse proponitur, directam tamen libertatem non potuit dare: jure enim directo [14] libertatem servis alienis [15] nemo potest [16] dare.

De impositione pilei & de aditione hereditatis.

10. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Germano.

DIrectis verbis jure data libertate, non solum impositione pilei [17], sed & adita [18] hereditate, (si nulla juris impediat constitutio) liberti constituuntur Orcini [19].

Si testamentum non valeat.

11. Iidem AA. & CC. Laurinæ.

SI [20] jure non [21] subsistit testamentum: in hoc nec libertates (cum [22] non fuisset adjectum, ut [23] pro codicillis scriptum valeret, proponas) recte datas constabit [24].

De hereditate adita, vel repudiata, & de collusione.

12. Iidem AA. & CC. Rhyso.

SI heredes jure facto testamento solenniter [25] adierint [26] hereditatem: ex testamento tibi libertas quæsita postea colludentibus [27] tam scriptis heredibus, quam ab intestato vindicantibus successionem, adimi non potuit. Quod si sponte repudiaverint sibi delatam successionem: omnia quæ [in] testamento fuerant scripta, defecisse convenit. Si vero, ut vos defraudarent [heredes] libertate, collusisse eos Præses animadverterit, secundum hæc quæ D. Pius [28] Antoninus constituit, libertatibus consuli providebit.

De statuliberis.

13. Iidem AA. & CC. Martiali.

STatuliberis datam libertatem adimi [29] ab herede non posse certum est: nec alienatio [30], nec usucapio statulibero, quominus existente conditione libertatem consequatur, nocere potest.

De verbis Græcis.

14. Impp. THEODOSIUS & VALENTIN. AA. Florentio PP.

DIrectas libertates Græcis [31] verbis liceat in testamentis relinquere [32], ut ita libertates directe datæ videantur, ac si legitimis verbis eas testator dari jussisset.

Ad constitutionem divi Marci.

15. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni PP.

CUm constitutio divi Marci [33] declaret, si quis [condito] testamento, vel sine testamento moriens, ut locus fiat ab intestato successioni, libertates reliquerit: nemo autem adire velit defuncti hereditatem, eo quod suspecta esse videatur, & fuerint libertates forsitan, & sine scriptis fideicommissariæ relictæ; licere vel cuilibet *extraneo* [34], vel *uni* [35] *ex servis*, qui & ipse libertate donatus est, & pro sua periclitatur conditione, adire hereditatem sub [hac] conditione & satisdatione [36], quod & creditoribus omnibus satisfaciat, & libertates imponat his, quibus voluit testator: variæ dubitationes ex hac constitutione emerserunt: nam si res hereditariæ herede minime invento venierint, an & post venditionem earundem rerum possibile sit, vel servum, vel quemlibet alium adire, & recuperare quidem ab emptoribus res, satisfacere autem libertatibus, & creditoribus, quærebatur: & licet D. Severus, semel rebus venditis hoc non admisit, nobis tamen Ulpiani sententia admodum placuit, maxime propter libertates, ne depereant, & post venditionem rerum annale remedium dare divi Marci constitutioni, intra quod & creditoribus omnibus satisfiat, & emptores nihil novi patiantur, qui annalem [37] sæpe sentiebant rescisionem [&] *licere servo, qui libertate donatus est, vel alii cuidam extraneo, vel ante venditionem rerum, vel post venditionem, intra annale tamen tempus adire hereditatem, & res recuperare, prius satisdatione danda*, ut tam libertatibus, quam creditoribus satisfiat. §. 1. Sin autem libertatibus quidem omnibus satisfacere quis polliceatur, creditoribus autem non in solidum, sed in partem solvere creditum, illi autem hujusmodi pactionem [38] admiserint: sancimus, & in hujusmodi casu consultissimi Principis locum habere constitutionem, & eum modis omnibus admittendum [esse] censemus: maxime cum ex voluntate creditorum hæc interponitur; nolentibus [39] etenim creditoribus admitti talem pactionem nullo modo concedimus. §. 2. Sin vero quidam ex servis libertatem amplexi fuerint, alii autem censuerint esse respuendam: & in hunc casum extendenda est divi Marci oratio, & proculdubio, & in hac specie audiendus est petitor hereditatis: & maneat liberum arbitrium servorum, sive ad libertatem venire volunt, sive in servitute remanere. Licet enim Romanam civitatem recusare [40] nemini servorum licitum sit [41]: tamen in hoc casu, ne propter quorundam indevotionem alii maneant in servitute, volentibus quidem omnibus servis licere in libertatem pervenire, nolentibus autem quibusdam, vel recusantibus, spontaneam servitutem imminere oportet, & quem patronum habere noluerint, dominum suum, & forsitan acerbum sentiant. §. 3. Sin vero non omnes libertates adimplere pollicitus fuerit, sed certum numerum servorum ex his, qui ad libertatem venire [jure] sunt jussi: melius est, si quidem res hereditariæ sufficiunt ad implendos [42] creditores: etiam omnibus servis dare libertatem, etsi hoc pollicitus non est. Sin autem deest [aliquid] in exsolvendis creditoribus, humanius est, ut pauci saltem perveniant ad libertatem. §. 4. Sed hoc quidem antiquis dubitationibus remedium invenimus: bellissimam autem repletionem præfatæ Constitutioni donantes, sancimus, ut si non unus veniat hereditatis petitor, sed plures quidem uno [43] momento, uterque [44], vel ampliores: omnibus detur licentia communiter hereditatem adire, prius satisdatione ab omnibus danda, ut creditoribus, & libertatibus satisfaciant. Sin autem per intervalla temporum hoc fiat, qui primus venit, habeat prærogativam, si etiam satisdationem præstare potest. Illo autem cessante hoc facere, alii gradatim secundum tempora petitionis succedant, & hoc intra annale tempus observetur. §. 5. Sin autem uno pollicente quosdam liberos facere, non autem totos, alius emerserit, satisdationem paratus idoneam præstare, quod omnibus [45] creditoribus & omnibus libertatibus satisfaciat: æquissimum est eum admitti, ut omnes libertates indistincte celebrentur, quod privilegium damus, non solum servo [46], qui libertate donatus est, sed etiam ei [47], cui nulla libertas relicta est, ut aliquid venustum eveniat: ut per eum cui relicta libertas non est, aliis libertas imponatur. §. 6. Sed si quidem antequam prior hereditarias res & libertatem accipiat, hoc eveniat, secundo petitori, vel tertio, vel deinceps ampliores libertates pollicentibus fieri locum censemus. Sin autem jam rebus servo qui primus petiit hereditatem datis, & libertatibus ab eo quibusdam servis hereditariis impositis, quidam servus alius hereditarius, vel liber extraneus hoc facere maluerit: licebit quidem [hoc] ei impetrare, & sub majoribus pollicitationibus & satisdationibus hereditatem accipere. Sed prior in libertate petitor maneat, licet res ab eo distrahantur, his omnibus intra annum (secundum quod dictum est) celebrandis, ex quo prior petitor judicem adierit.

TIT. III.

DE LEGE FUSIA [48] CANINIA TOLLENDA.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ PP.

SErvorum libertates in testamento relictas, tam directas, quam fideicom-

27 Collusio heredis non præjudicat libertati. *l. 5. §. 1. l. 14. ff. de appellat.* 28 *d. §. 1. d. l. 14.* 29 *l. 7. l. 12. T. de liberali. l. 3. ff. de statuliberis.* 30 Imo alienari potest. *l. 30. ff. de statulibero.* dixi ad Ulp. 2. §. 3. 31 Vid. quæ dixi ad *l. 11. in princ. ff. de leg. 3.* & ad *l. 21. §. 4. §. de testam.* adde *Nov. Theod. de testament.* 32 Ratio dubitandi esse potuit, quod olim Græce legari non poterat. Ulp. 25. §. 9. 33 De qua *l. 6. supr. & Inst. de eo cui libertat. caus.* 34 *d. l. 6. §. 5. T. eod.* 35 *d. l. 6. §. 5. & Instit. de eo cui libert. caus.* 36 *l. 4. §. 8. ff. de fideicommiss. libert. Instit. de eo cui libertat. caus.*
37 Annalis rescissio. 38 Pacisci possumus cum creditore, ut minus debito solvamus.
39 Potest tamen dilatio debiti solvendi a Principe postulari. *l. 4. supr. de procib. Imp.*
40 Libertas invito datur, *ut hic:* sin liberatio invito contingit. *l. 53. l. 91. ff. de solut.* sic servus in *Querulo, sive Aulularia Plauti, Nobis* (inquit) *quotidie nuptiæ, natales, debauchationes, ancillarum feriæ, propter hoc quidem, nec manumitti volunt.* At invito beneficium non datur. *l. 69. ff. de reg. juris.* Invito etiam filio libertas non datur. *Novell. 89. cap. 11. §. in fin. T. de emancipat.* Paulus 2. *sent. 25. §. ultim.* Cur? in jure sui est commodum, quod eripertur filio, si emanciparetur invitus. vide Cujac. ad *l. 62. ff. de verborum obligat.* 41 Cur ita? nevinelegante Leo ait, *Novell. 102. in fin.* duplex beneficium accipere eum, qui cogitur beneficium accipere. 42 Id est, ut satisfiat creditoribus. 43 Plures uno momento hereditatem possunt petere. 44 Utique. 45 Omnibus qui libertatem offert, ei *d. l. 14.* 46 *l. 50. in fin. ff. eod.* 47 *l. 50. in fin. ff. eod.*
48 De lege Fusia Caninia dixi 1. *Institut. 7.* adde Paulum 4. *sententiarum* 14. Ulpian. 1. §. 24. Gaium 1. *tit. 2.* adde *legem penultim. C. Theodosiano de Judæis.* ubi loquitur de numero manuscipsus in Tacito, ibi, *Servos manumisit intra centum tamen ne Caninium transfisse videretur.* adde *l. 37. ff. de conditionib. & demonstrationibus*, quæ inscripta est, Ad legem Fusiam Caninium: & *l. 22. §. 1. ff. de fideicommiss. libert.* ubi testator servat modum legis Caninæ.